





Kern 86
(1-54; a-g)

INDEX LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES ET DOCTORES
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PER INSTANS
SEMESTRE AESTIVVM

CL^o MDCC XXXIX.
PVBLICE ET PRIVATIM OCCVPABVNTVR
EXHIBITVS
PRO- RECTORE
GOTTHILF AVGVSTO FRANCKIO,
S. THEOL. D. ET PROF. P. ORDINARIO, INSPECTORE ECCLESIARVM
DIOECESEOS SALANAE CETERA.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange sub spe recuperandæ valetudinis publice lectiones dogmaticas inchoabit & privatim hora IV. pomeridiana lectiones exegeticas & homileticas in selecta scriptura loca habebit.

D. GOTTHILF AVG. FRANCKIVS post absolutas prælectiones catecheticas Psalmos aliquot, præcipue Christum canentes, interpretabitur. Perget etiam in parænesibus confutis, ex epistola ad Titum monita pastoralia suppeditare, & asceticis horis priorem Pauli ad Corinthios transferre ad vsus vitæ christianæ. Denique exercitia homiletica rursus continuabit.

D. CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, publicis prælectionibus hora II. habendis, posteriores duos ex Mosais libris destinavit. Privatim hora IX. harmonicum collegium in IV. Evangelistas continuabit, & hora III. difficiliorem librum Iobi interpretabitur.

D. SIGISM. IAC. Baumgarten, publice hora XI. diebus lunæ & martis antiquitates christianas continuabit, iisque tribus mensibus proximis finitis, *bermuenicam sacram* docebit hora tunc indicenda; præterea in *asctica psalmorum* tractatione diebus solis h. IV. atque *examinibus & disputationibus dogmaticis* diebus saturni h. VII. & II. sedulo perget: *privatis scholis* posterio- rem *theologiae dogmaticæ* partem explicabit h. VII.; *historiam ecclesiasticam* ad finem perducet h. XI. atque *epistola ad Romanos* propediem absoluta difficiliorem ad *Hebræos epistolam* interpreta- bitur h. IV.: *privatissimas* tandem operas *literarias & practicas* instaurabit.

D. BENEDICT. GOTTLÖB CLAVSWITZ lectionibus publicis singulis Lunæ, Martis, Iovis & Veneris diebus h. III. Collegium casuale Theol. destinavit. Iisdem diebus privata opera h. VIII. matutina epistolam ad *Galatas* exegetica tractatione interpretabitur, hac ipsa hora die- bus *mercurii & saturni* homileticas institutiones iuncturus. H. IX. *antischematicum*. H. I. die *lunæ* *disputationarium* H. VI. die *solis ascetica* continuabit. *Disputationibus* vero publicis in posterum arti- culum de *fide* exponet.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice hora IX-X. trium priorum hebdomadis dierum de genuina *Methodo studii theologicæ*, ductu brevium dictandarum thesum, ager: quam commen- tationem sequetur *generalis introductio ad singulorum veteris & novi testamenti librorum lectionem* vtiliorem; ubi simul *literaria* omnis ævi *commentariorum historia* succinctim tradetur, ac v- nicuique suum statuetur pretium. Privatim libros nonnullos veterisq; testamenti philologi- ce interpretabitur. Initium v. D. hæc prælectiones d. 4. Mai. habebunt.

D. IO. GEORG. KNAPP, I.) publice h. 5-6. vespertina *præcepta bermuenica* ea ratione trader, vt theologiae cultores ad genuinam codicis sacri interpretationem & tractationem ma- nu quasi ducat, luculentisque eum in finem præcepta exemplis declaret. II.) hor. II-12. in pro- phetas, hor. 3-4. autem in libros *Mosis succinctiores lectiones exegeticas* instituet, eo quidem mo- do, vt quæ ad sacrorum librorum sententiam, antiquitates atque usum in doctrina & vita chri- stiana pertinent, enucleate explicentur. III.) *disputandi* quoque *exercitium* per hiemem pro- pter varia impedimenta intermissum, hac æstate singulis saturni diebus statim prandio resti- tuet, & quidem ea qua programme superiore anno edito explicatum est, ratione.

I V R I D I C A E.

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, fat quidem oneris, in me deuoluti: quod leue aliter non fit, quam patienter tolerant. Domo egradi, prohibet consuetudo, seni iam altera natura. Quod exemplum nolim imitari collegas & uegetæ ætatis & otii liberioris. Quo mea muscula fesset.

Kem 86 (f)

femel iterumque, iussu expediendarum grauioris momenti rerum, fuit interdifta. Interim non defuit officiis muneris etiam mei academici, femefiri praeterlapfo. Quorum nullo unquam die feci iustitiam. Eadem industria fideque verfabor deinceps, nundinis *Lipfienfibus* finitis, in noue apertendis collegiis. *Hora XI.* vs *PUBLICVM* docebo, illuftri *Mafcouia* quidem debeo; fed comite iustitia & ueritate. *Hora IX.* INSTITVTIONES IUSTINIANEAS interpretabor, ex Latii *antiquitatibus*: ferum offenfis pariter per plerofque titulos, *Germanici iuris* forenfibus *differentiis* caufisque earum, ex ueteris aevi notitia eruendis. Ut auditores, fuae ueterani fuerint fuae tyrones, hauriant utriusque iuris legitima *elementa* fimul, olim illis, domi ac foris, profutura plurimum. *Hora III.* publici priuatiq; iuris lumina dabo, S. R. I. HISTORIAM docendo, tot illuftris uigiliisque a me erutam connexamque inuicem; ut patriae noftrae falus requirit firmamque plenae fidei monumenta. In *feholis palatinis* RECESSVM IMPERII 1654. nouiffimum recensebo, fu-
premoram imperii tribunalium integerrimam normam.

IVSTVS HENNING. BOEHMER per Dei gratiam reftitutionem ex grauiffimo morbo, quo per aliquot hebdomadas laborauit, fperans, finitis feris nundinalibus publicas fcholas infituet hora III. pomerid. ad PUFFENDORFFII *Tractatum de habitu religionis ad vitam civilem*, in quo principis iuris ecclefiaftici faniora panduntur, quo labore finito, ftatim addet *Enucleationem fcholae ecclefiafticae per tria priora fecula*, iuxta thefes a femet editas, ut principia a Puffendorffio tradita ex ipfo ufu ecclefiae antiquae illufret. Priuatis curis hora X. maturina & II. pomeridiana *explicationem Digefforum* more confueto denuo aufpicari, & hora VIII. STRAUVII *iuris feudalis prudentiam* exponere decreuit, interrupto uero per morbum labores ad ius Canonium & libros aliquot Digefforum, uiribus reftitutus, fedulo continuabit.

IO. GOTTL. HEINECCIUS, Ict. publice enarrabit HISTORIAM IURIS CIVILIS, a fe fingulari libello illuftratam, eamque permultis nouis iisque uiliffimis acceffionibus paffim locupletabit. Priuatiu hora X. autem, & II. pomeridiana PANDECTAS accurate ac folide interpretabitur. Horam XI. ex inftituto fuo Elementis iuris fecundum ordinem INSTITVTIONVM explicandis impendit, nec iis defuturus auditoribus feleftis, qui fingulis hebdomadibus in DISPVTATORIO COLLEGIO ingenii uires periclitari, eoque pulcherrimo exercitacionis genere folidiorum fibi iuris controuerfi noticiam comparare cupient.

SIMON PETR. GASSER, Ict. publice hora XI. ad *Conftitutionem Carolinam* commentabitur. Priuatiu hora X. & II. pom. ad *Pandectas Ludouicianas*, iunctis cautelis perpetuis, hora III. uero in Collegio *Practico-elaboratorio* pofitiones fuas explicabit, ut & hora IV. Introductionem fuam *Oeconomico-Cameralem*. Initium erit poft nundinas Lipfienfes d. 4. Mar.

D. IAC. GABRIEL WOLF publice hora XI. *LYDOWICII doctrinam pandectarum* explicabit. Priuatiu autem hora VIII. v. G. MASCOUII *principia iuris publici* I. R. G. praeterea hora IX. iuncta tribus per hebdomadem diebus IV. pomeridiana, Illuftr. D. BOEHMERI *inftitutiones iuris Canonici*; denique hora III. STRAUVII *iuris prudentiam feudalem* interpretabitur. Initium, A. S. N. finitis nundinis Lipfienfibus fieturus.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE praeter *Pandectas & Inftitutiones*, quas denuo aufpicabitur, aperiet *collegium practicum elaboratorium* ad ductum der *gründl. Antewung zum Proceß*, illudque eum doctrina de *relationibus actorum* coniunget. Publice docebit *Ius Naturae & Gentium*. Facturus initium finitis nundinis Lipfienfibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE in Collegio publico perget. Priuatiu *Inftitutiones Iuftinianeas*, Strauui *iuris prudentiam forenfem*, & Ludouici *Doctrinam Pandectarum* ea, qua par efl, fide ac industria, interpretabitur. De *horis* hifce Collegiis impendendis e ualuis publicis DNN. Auditores admoniturus. Initium B. C. D. fiet finitis nundinis Lipfienfibus d. 4. Mar.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER publice exponet B. LYDOWICII *tr. de ufu diftinct. iurid.* Priuatiu uero mere confueto hora VIII. *Elementa fua iuris prudentiae criminalis* hora IX. Dni Parentis *inftitutiones iuris canonici* hora X. iuncta II. eiusdem *Digeffo* hora XI. ipfum *textum inftitutionum*, denique hora III. doctrinam *iuris naturae*, epitomatore PUFFENDORFFIO de *officio hominis & ciuis*.

MARTINVS SCHMEIZEL, Publice, quae eum opere occupabunt, infra fignificabit; Priuatiu hora X. *Selectionem Scriptorum Iuris Publici Bibliothecam* adperiet, proinde *Notitiam illorum Litterarum* & per claffes inftituendam, propinabit; hora XI. *Ius Publicum S. R. Imp.* rurfus aufpicabitur, & quidem hac uice, ad ductum Celeber. *Mafcouii*. Initium laborum in tempore indicabit.

GODOFREDVS SELLIVS D. publice in Palatio *Historiam Iuris* docebit: priuatiu offeret Praelectiones in *Inftitutiones* & ad *Ius Naturae* Puffendorffii.

IO. EHRENER. ZSCHACKWIZ, Prof. iur. ordin. Hor. VIII. ex SECKENDORFFII *Fuffien-Staat* genuina principia & theoretica & practica authentica politicae & oeconomicae Cameralis tradet, quibus curis, duce amore *Ius feudale*, fpeciesque feudorum addet. Hor. X. Duce Introductione *Ludouiciana* *Ius militare* exhibebit. Hor. XI. ex Compendio *Struuiano* ueram *Historiam Imperialem* explicabit, quibus curis ex *Annotationibus* fujs in hoc compendium, quae fub titulo *Introductionis* in noftri *Imperii Historiam*, in bibliopolijs profant, obferuationes omnino neceffarias adiunget. Hor. II. pom. ex *Wolffio Politicam* uere politice explicabit. Hor. III. ex *Mafcouio* uel *Monzambano*, *Ius noftri Imperii publicum*, ex ipfis legibus fundamentalibus, actisque publicis enucleatum demonftrabit.

IO. TOBIAS CARRACH priuatiu 1) *Ius Naturale* ad Puffendorffium de *Officio homin. & ciuis* docebit. 2) Praelegt *Inftitutiones Iuftinianeas*, easque ad *ufum forenfem* accomodabit *expolit*

positis differentiis Romani & Germanici Juris: 3) pari metodo Illustr. Dni Böhmeri *Introductiones in Jus Digestorum priorum partem* interpretabitur. 4) *Jus Canonicum* quoque ad Corvini aphorismos notis Böhmerianis illustratos tradet. 5) Collegium *processuale elaboratorium*, uti & 6) *Examinatorium*, cui *Disputationes publicæ* iungi possunt, offert; & ut Dni Auditores, qui collegio processuali aut examinatorio interesse volunt, *matute cum eo de instituti ratione & horis colloquantur*, humaniter rogat. Cæterorum collegiorum horas & initium uti & publicas lectiones ex tabulis publicis indicabit.

M E D I C A E.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Academiae Senior. Non sine insigni vsu ac Nobilissimorum Dn. Philatorum frequentia per plures iam annos quatuor per hebdomadam diebus hora XI-XII. praxeos medicæ clinicæ fundamenta ita docui, vt ex multis ab exteris ad me missis morborum historiis prius genuinas causas eruerim & dein tutam ac facilem medendi methodum, pro more meo, candide ac solide demonstrauerim: hinc perquam vtilem hunc laborem per instans hoc semestre, bono cum Deo, prosequi constitui.

MICHAEL ALBERTI, Lektionem Publicam *Affectus Puerperarum* Pathologica-Practica deductione explicabit: Priuatim studio *Physiologiam & Pathologiam* inchoabit, ut & Materiam Medicam atque *Therapiam generalem* sufficienti commendatione exordietur, ab horis a. m. VIII-IX. p. m. autem a II. ad III. Collegium *formulare* auspicabitur. Iurisprudentiam etiam Medicam c. D. ad finem perducet.

IO. IVNCKER publice ad ductum conspectus sui chirurgici chirurgiæ fundamenta consuetis horis ponet. Priuatim theoriam medicam hora decima eo ordine tractabit, vt prioribus tribus hebdomadis diebus physiologia, posterioribus autem pathologia explicetur. Hora v. decima therapiam specialem continuabit. Priuatissime prouectiores in praxi clinica exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE publice explicabit aphorismos Hippocratis. Priuatim physiologiam medicam, botanicam & formularum præscribendarum doctrinam tradet. Forte etiam de medicamentis, quæ in officinis publice profstant, ad ductum dispensatorii Brandenburgici commentabitur. Disputatorio exercitio binas singulis hebdomadibus horas consecrabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, P. P. O. Publice hoc semestri hor. matutina XI-XII. die mercurii & saturni materiam medicam tractabo, ita, vt ex tribus naturæ regnis, partim quæ vtilia & necessaria partim quæ curiosa, præsertim ex mineralium & lapidum genere, sunt Nobilissimis Auditoribus ostendam & de eorum origine, natura & vsu breuiter disseram. Hora autem post meridiana II-III. priuatim collegium inchoabo, in quo ostendam quam insignem fructum ac vtilitatem accuratio corporis humani structuræ cognitio siue anatomia nostro tempore melius exculca tam in physiologia quam pathologia vt & therapia præstiterit; & solide simul ac fideliter errores, qui ex eorum neglectu superiori tempore in has medicinæ partes, praxin maxime medicam irrepserunt, demonstrabo.

P H I L O S O P H I C A E.

D. CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, quæ ad Græcam Hebraicamque philologiam spectant, cum theologis prælectionibus supra indicatis coniunget. Priuatim vero hora XI. scholas Syriacas aperiet, vsaque doctrinam de accentibus Hebræorum tradet.

MICHAEL ALBERTI Tractationem Publicam post specialissimam Meteororum explicationem, Physicam Subterraneam commendabit. Priuatim horis d. mercurii & saturni a X. ad XI. Collegium Logicum & simul disputatorium aperiet.

IO. IOACHIMVS Lange, Math. P. P. O. publice hor. VIII. *Mathesin puram* h. e. *Mathesin Vniuersalem*, *Aritmeticam*, *Geometriam* & *Trigonometriam*: Priuatim hor. VI. *Mechanicam* cum *Architellura* ciuili atque militari, & hora V. *Trigonometriam Sphæricam* cum *calculo Astronomico* demonstrabit. Ad *Geometriam practicam* auditores domi præparabit, præparatos ad ipsam praxin horis pomeridianis die saturni manuducet. *Physicam dogmatico-experimentalem* ad ductum elementorum suorum h. l. ita explicabit, ut nexus dogmatum experimentis confirmatus sistatur.

MARTINVS SCHMEIZEL, Publicis horis, librum suum *die Historie der Gelehrtheit* interpretabitur: Priuatim hora VIII. *Geographiam*; IX. *Historiam Vniuersalem*; I. *Præsentis*, in orientabilibus partibus *belli hisloriam*, cum observationibus Politicis, proponet; II. *Celeber. Wolfii Politicam*, exemplis illustratam, ad usum aptiorem reddet; III. *Historiam Germaniæ* repetet; IV. *Prudentiam viuendi & conuersandi*, secundum ductum libri sui, die *Academische Klugheit*, præstabit; insuper *duobus hebdomadum horis*, tempore debito indicandis, *Heraldicæ* amoenitates propinabit degustandas.

IO. HENR. SCHVLZE publice differet de optimis scriptoribus qui inde ab initio eulcturam litterarum vsque ad sæculi Christiani quinti initia floruerunt: operam daturus vt quisque intelligat, quis ex eorum vnoquoque vltus capiendus sit elegantiorum litterarum studioso. In priuatis ædibus explicabit antiquitates Romanas ad ductum Nieuporti. Si qui institutiones cultioris stili optauerint, habebunt ipsam paratissimam.

DANIEL STRAEHLER publice hora II. pomer. *Partem Phil. præf. generalem* ad ductum thesium suarum interpretabitur. Priuatim vero *cursum philosophicum* in *GOTTSCHIEDERSTE Grinde der gesamten Weltweisheit*, ad desiderium nonnullorum iterum aperiet, atque hoc semestri absoluet: præterea hora III. pomer. *Aritmeticam*, *Geometriam* & *Trigonometriam*, duce WOLFFIO tradet; hora IV. *theses suas metaphysicas* denuo explicabit; & hora V. *Logicam suam*, quæ publice sub

ce sub titulo, *scientia rationis*, proflat, iterum illustrabit. Initium factorus fideiis nundinis Lipsiensibus.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG priuatim a X. XI. *historiam vniuersalem* duce PUFENDORFIO tradet: ab XI. XII. *historiam imperii Germanici* præeunte STRVIO, iunctis obseruationibus suis prostantibus in officina Rengeriana: publice a II. III. Illustr. HEINECCI *fundamenta siliaculioris* interpretabitur. Initium harum lectionum erit d. 4. Mai.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, publice in Palatio Regio hora XI. XII. posteriorem *Cursus philosophici* partem, philosophiam nempe moralem vniuersam, *Ethicam*, *Ius Naturæ & Politicam* interpretabitur duce S. R. WALCHIO; priuatim vero, eodem duce, hora II. X. priorem partem *Cursus philosophici* tradet, *Logicam* nimirum, *Metaphysicam* atque *Physicam*; hora X. XII. Illustr. nostri HEINECCI *Elementa philosophiæ rationalis & moralis* coniunctim explicabit; hora III. IV. *Logicam* seorsim illustrabit ad ductum *Logicæ* enucleatæ ZOFFII; hora IV. V. *Metaphysicam* exponet secundum ordinem thesium suarum: *Anfangs Gründe der philosophischen Wissenschaften überhaups*.

IO. HENR. CALLENBERG, publicis prælectionibus theologicis superaddet linguæ *Ludæogermanicæ* institutionem, hora IX. X. diei Iouis: priuatim eadem hora duorum vltimorum dierum libros *Iosue & Iudicum* ex fonte *Ebraeo* interpretabitur; hora autem V. VI. vespertina translationem *Novi Testamenti græci* inchoabit, annuo spatio absolvendam. Initium harum prælectionum in diem 4. Mai. incidet. Paratus quoque est, si ita dilectis commilitonibus collibitum fuerit, iterum curriculum ingredi, quo breui temporis spatio totus veteris testamenti codex *Ebraeus* pertractetur.

GODOFREDVS SELLIVS D. publice in Palatio Lectiones instituet *Cosmographicas*, priuatim *Physico-Experimentales*.

IO. EHRENF. ZSCHACKVITZ, Prof. Iur. & Phil. Ordin. Hor. VII. mat. *Geographiam Historico-Politicam* exhibebit, addet simul *Explicationem Heraldicam Insignium* cuiuslibet Reipubl. Hor. IX, ex *Introductione sua Historiam nouissimam*, & nostri Imperii, & totius mundi, authenticæ & politice enucleabit. Hor. IV, pom. prælucente Pufendorffii *Einleitung zur Vniuersal-Historie*, res gestas, & facta historica omnium Regnorum, quæ ab origine mundi vsque ad præsens Iustrum, extitere, & adhuc vigent, authenticæ, curis & obseruationibus politicis tradet, iunctis cuiuslibet Reipubl. præsentibus. Hor. V. *Historiam Papalem & Papatus* explicabit, prælucente scilicet *Cap. XII. der Pufendorffischen Einleitung*, & ex libitu Dnorum Auditorum addet ex *Rechenbergio* omnem *Historiam ecclesiasticam*, vt Ius Canonicum eo melius intelligatur. Hor. I. diebus *mercurii & saturni* Lectiones publicas continebit. Initium omnium harum Curarum fiet finitis nundinis Lipsiensibus.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS priuatim præleget succinctam *Materiam Medicam* hor. X. deinde *Chirurgiam Pathologicam* pariter ac *manualem* cum instrumentorum & fasciarum applicatione pandet hor. III. Publice *Instrumentorum apparatus* demonstrabit die merc. & satur. hor. VIII. Initium Lectionum suarum peculiari indigabit scheda.

IO. FRIED. CASSEBOHM, Publice continuebit in tradenda methodo secandi cadauera humana. Priuatim explicabit *Institutiones Medicas Boerhauii*: offert etiam *Zootomiam* cum *Zoologia* iunctam.

ALEXANDER GOTTLIEB BAVMGARTEN priuatim acroasibus *Ius naturæ* H. Köhleri hor. VIII. IX. & *logicam Chr. Wolffii* vernaculam hor. V. VI. interpretari destinat: in palatio regis publice primas lineas *encyclopediæ philosophicæ* breuioribus propositionibus in calamus distendendis comprehensas vberiori sermone libero collustrare laborabit, quibus omnes eruditionis partes ad philosophiam referendas; singularum definitionem, nexum cum reliquis & differentiam, iustosque limites enarrabit, quæ potissimum quælibet earum doceat, quoque commodissimo ordine, recenset, & aptissima ad quamvis excolendam subsidia, quantum ipsi nosse datum est, indicabit.


IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P.P. publice hor. I. merid. explicabit *Beniam. Neakirchii Anweisung zu teufelchen Briefen*, emendabitque, ut hæctenus consecuit, epistolas exhibitas. Priuatim hor. VIII. matur. enucleabit *Baumeisleri institutiones philosophicæ rationalis, methodo Wolffii conscriptas*. H. V. vespert. *cursum latinorum*, quos *classicos* vocamus, auctorum ordietur. *Diebus saturni* hor. III. pomer. inchoabit *collegium oratorio-præticum*, perpetuo continuandum. De cetero nulli vniquam deerit, qui *priuatissime* in oratoriis ac epistolicis exercitiis sua vti opera voluerit.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ, P.P. per semestre æstiuum, officio sibi clementissime demandato facturus, dicendi cupidus commilitonibus præleget 1) *Logicam*, ad ductum *Wolffii*; 2) *Metaphysicam*; 3) *fundamenta Linguae ebraicæ Danzio* præeunte; & 4) *Priorem librorum V. Test. partem*, a *Pentateuco* vsque ad *Regum* libros. Publice antiquitatibus *Ebraeorum sacris & ciuilibus* enodandis operam suam addicet. Temporis articulos his laboribus tribuendos, vt & reliqua ad penitenciam notitiam eorum facientia, peculiari programme propediem in lucem edendo enucleabit.

P. P. in Regia Fridericiana a. d. XXVIII. Mart. 1800cc xxxix.

Haltz Magdeburgica, typis Io. Christiani Hendelii, Acad. Typogr.

PICA



INDEX LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES ET DOCTORES
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PER INSTANS
SEMESTRE AESTIVVM
CLD MDCC XXXIX.
PVBLICE ET PRIVATIM OCCVPABVNTVR
EXHIBITVS
PRO-RECTORE
GOTTHILF AVGVSTO FRANCKIO,
S. THEOL. D. ET PROF. P. ORDINARIO, INSPECTORE ECCLESIAE
DIOECESIOS SALANAE CETERA.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS Lange sub spe recuperandae valetudinis publice lectiones dogmaticas inchoabit & priuatim hora IV. pomeridiana lectiones exegeticas & homileticas in selecta scripturae loca habebit.

D. GOTTHILF AVG. FRANCKIVS post absolutas praedicationes catecheticas Psalmos aliquot, praecipue Christum canentes, interpretabitur. Perget etiam in praenunciis confutis, ex epistola ad Titum monita pastoralia suppeditare, & asceticis horis priorem Pauli ad Corinthios transferre ad vsus vitae christianae. Denique exercitia homiletica rursus continuabit.

D. CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, publicis praedicationibus hora II. habendis, posteriores duos ex Mosais libris destinavit. *Privatim* hora IX. harmonicum collegium in IV. Evangelistas continuabit; & hora III. difficiliorem librum Iobi interpretabitur.

D. SIGISM. IAC. Baumgarten, publice hora XI. diebus lunae & martis antiquitates christianas continuabit, iisque tribus mensibus praesentibus praedicationibus, praeterea in *ascetica psalmorum* & *disputationibus dogmaticis* diebus saturni h. V. & diebus martis h. VI. publicam lectionem theologiae dogmaticae partem explicabit h. XI. atque epistola ad Romanos propediem abfolvitur h. IV.: *privatissimas* tandem operas literarias.

D. BENEDICT. GOTTL. CLAVIUS, diebus h. III. Collegium casualium h. VIII. matutina epistolam ad Galatas exegetice, diebus mercurii & saturni homileticas institutiones in *disputatorio* h. VI. die *solis* *ascetica* continuationem de fide exponet.

D. IO. HENR. CALLENBERG publice de genuina *Methodo studii theologiae*, ductu brevitationem sequetur *generalis introductio ad singula* viliorem; ubi simul literaria omnis aevi concinnitate suam statuetur pretium. *Privatim* ce interpretabitur. In *initium v.D.* hae praedicationes.

D. IO. GEORG. KNAPP, 1) publice tradet, ut theologiae cultores ad genuinam cognitionem quasi ducat, luculentisque eum in finem prophetas, hor. 3.4. autem in libros Mosi succinctorum, ut quae ad sacrorum librorum sententiarum christianam pertinent, enucleate explicentur. 2) propter varia impedimenta intermissum, hac aetate, & quidem ea qua programmatae superius

I V R I

IOAN. PETR. DE LVDEWIG, fat quidem, quam patienter tolerant. Domo egregia. Quod exemplum nolim imitari collegas & u



Kem 86 (f)